



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Regnum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Jam quod alibi per cornua vires significari diximus, antiquum insuper dicitur est, *quod vire in*
apulu negat exiv, olim putassem te habuisse cornua, cum quis fortis antea habitus, spem mox
 per ignaviam fefellisset. Et Horat. de Baccho: *En addis cornua pauperi.* Quem secutus Ovidius ait:
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.
 Alibi vero super eodem dixerat: *In pralia tradit inermem.* Et Dialectici syllogismi speciem, *Dilemma*
 dictum, quod hinc & inde feriat, *Cornutum* appellant,
 Tamquam
 in expu-
 gnabile. In-
 didem.

DE SCEPTRO. CAP. XXVIII.

Sceptum Regium diademati & coronæ addere res ipsamet postulat, de quo tamen toto opere, in
 variis imaginibus insigne apud hos vel illos haberi solitum, pro loco, & signo, quod occurreret,
 multa differuimus: nunc vero super eo quædam generatim differenda sunt.

REGNUM. CAP. XXIX.

Aptissime quidem sceptrum sive virgam, hieroglyphicam esse regni, illud in Divinis literis o-
 stendit, quod sceptrum de manu Judæ non auferendum pollicetur Dominus, donec veniret qui
 mittendus erat. Regium quippe nomen in Judæis tamdiu duraturum dum veniret Christus. Nam
 & Psal. *Virga regni tui* habetur, & hujusmodi multa passim. Ponunt vero Theologi differentiam in-
 ter virgam & baculum, quod virga in Divinis literis plerisque locis sit castigationis, correctionis, &
 disciplina signum, ut virga æquitatis, baculus consolationis, auxilii, sustentationisque, ut eo loco:
Virga tua & baculus tuus ipsa me consolamur. Pro sustentaculo, Thob. *Baculum senectutis mea.* Lati-
 ni in hujusmodi significatum scipionem protulere. Invenitur & pro defensione, ut de Cleome-
 Atheniensium duce fertur, qui cum propter omnium in se odium effectus esset infans, baculo se
 adversus insultantes muniverit.

DE TORQUIBUS ET PHALERIS. CAP. XXX.

Subsecutus hinc sermo est de torquibus, phaleris, armillis, quæ præmia fuisse militaris virtutis
 Plinius, Gellius, & quidam alii tradiderunt, quippe Scinium Dentatum donatum torquibus ter &
 sexagies, phaleris vicies quinquies.

VIRTUS SOLIDA. CAP. XXXI.

Torquem aureum solidæ virtutis præmium fuisse traditum est à Vegetio, quem qui merisset,
 præter laudem duplas consequeretur annonas. Species torquium in marmore incisas Britæ
 videris cum inscriptione hujusmodi.

L. ANTONIUS L. F. FAB.
 QUADRATUS DONATUS TORQUIBUS
 ET ARMILLIS AB I. CÆSARE
 BIS.
 LEX. XX.

Bini enim hinc, & inde alteri torques cum literis, quæ vigesima eum legionis fuisse declarant: inde
 duo signa militaria quadrata, ad cognomentum ejus exprimendum, aut forte legionis nomen. Et
 species quædam candelabri in tridentis modum figurati, in medio sita, de quibus in Armis.

OPERA LAUDABILIA. CAP. XXXII.

Torquis quidem significatum aperuit Vegetius, de armillis nihil meminit, eas laudabilium ope-
 rum præmium esse indicat Adamantius, dum in ea Ezechielis verba: *Et imposui tibi armilla*